



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. De Aßistentium electione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

## SECTIO II.

## De Assistentium electione.

1. **E**lectio hujusmodi Assistentium eorum erit, qui Præpositum eligunt, quando ad id congregantur. *m* Ea, quatrinduo ad informationes concessa, ad plura suffragia olim est habita, *n* nunc fieri debet ad plura medietate. *o* Et quicumque ambitiosè egerit, ut vel ipse, vel alius Assistens eligatur; aut etiam alius excludatur; excommunicatur ipso facto, reservata Generali ejus absolutione. Hujus verò delicti conscius, in virtute sanctæ Obedientiæ, tenetur reum ad Generalem deferre. *p*

2. At si quem ex electis Assistentibus, vel mortem obire, vel abesse à Generali diutiùs oporteret; Generalis alium substituet; qui, cum approbatione majoris partis Provincialium, jus habentium ad Congregationem Generalem, manebit in demortui, vel absentis loco. *q* Non est igitur Assistentis sibi aliquem substituere: *r* nec aliqui à Congregatione Generali designandi, qui subrogentur, si opus fuerit: *s* aut plures Provincialibus à Generali proponendi; sed unum aliquem Præpositus nominare, ac substituere etiam potest ante  
Pro-

*A quibus eligantur ordinariè.*

*m* P. 9. c. 5. §. 3. & F. Gen. Con. §. 78. & c.

*n* C. 1. D. 80.

*o* C. 2. D. 22. &

For. Gen. Con.

§. 84.

*p* Form. Con,

Gen. §. 82. &

Catal. Cen. c.

1. tit. 1. §. 5. &

tit. 2. §. 2.

*Et extraordinariè.*

*q* P. 9. c. 5. §. 3.

& C. 1. D. 84.

& C. 4. D. 24.

*r* C. 1. D. 84.

*s* C. 3. D. 12.

Provincialium approbationem; aliquam informationem de eo transmittens iis, quibus notus non esset. 2. Substitutus autem à Generali in locum Assistentis defuncti, aut absentis, non habet suffragium in Congregatione Generali, seu Procuratorum, vel ad dissolvenda Collegia, seu Domos Societatis; nisi prius constet de approbatione prædicta Provincialium. 4

2 C. 6. D. 27. §.  
2. & C. 8. D.  
19. & Form.  
Con. Gen. §.  
85.

10 C. 4. D. 25.

*Juramentum  
post electionem  
ab ipsis prestan-  
dum.*

\* P. 9. c. 5. §. 4.

7 C. 6. D. 27.  
§. 2. & Form.  
Con. Gen. §.  
85.

*Quando inci-  
piat, aut desi-  
nat illorum of-  
ficiu jure or-  
dinario.*

2 C. 2. D. 20.

\* C. 1. D. 90. &  
C. 2. D. 35.

*Qua illorum  
mutatio extra-  
ordinaria.*

3. Electi Assistentes jurant, si acciderit aliquod ex iis, quæ sufficiunt ad Præpositum officio suo privandum, se fideliter Societati denunciuros. \* Et quidem electi à Congregatione juramentum id præstabunt in ipsa Congregatione, si præsentibus sint: aliter electi præstabunt coram iis, qui jus habent in Congregatione Generali; hoc est coram Præposito Generali, Assistentibus, Secretario, & Procuratore Generali. 7

4. Novi Assistentes, si jam in Congregatione sunt, non mutant locum pro eo Congregationis tempore, à qua creantur, statim tamen sua potestate, & munere fungi incipiunt. 2. Eorum autem officium jure ordinario durat usque ad electionem novi Præpositi, & sunt Assistentes Vicarii. 4

5. Mutati tamen sunt Assistentes pluries

ries non mutato Generali, ex imperio Summorum Pontificum. Tres quidem mandante Clemente Octavo; *b* omnes jubente Paulo Quinto, *c* & ex Brevis Innocentii X. *Prospero felicique statui, &c.* in quacumque Generali Congregatione, singulis novenniis, ut ibidem præcipitur celebranda, novi Assistentes ab illis planè diversi, qui præcedenti novennio Assistentes fuerint, eligendi sunt. Hæc tamen Innocentiana Lex non impedimento fuit, quominus Congregatio Generalis, non ex vi ejus Brevis, sed alio nomine congregata, Assistentis officium iis confirmaret; qui eo munere proximè defuncti fuerant. *d*

*b* C. 5. C. 73.  
74. & 77.  
*c* C. 6. D. 4.  
& 10.

*d* C. 6. D. 27.  
§. 4. & C. 9. D.  
2. & C. 10. D.  
5. & 17. &  
Form. Con.  
Gen § 53.

SECTIO III.

*Assistentium jura.*

1. **E**T hæc quidem de eorum electione satis: jam quæ jura electos consequantur, dicendum est. Assistentium munus nec Prælaturam continet, nec Dignitatem: *e* est tamen in Societate gravissimum, & multis gaudet prærogativis, ut ex dicendis constabit. Et 1. dimittere officium datum à Societate, sine ejus consensu, non possunt; *f* qui etiam consensus ex-

*Gravitas muneris, & quatenus à Societate dependeat in eo retinendo.*

*e* C. 7. D. 44.

*f* C. 1. D. 84.

pe-